



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119207

§. 20. Caroli II. novi Hispaniarum Regis fata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

Sæc. XVII. Patrum Purpuratorum cætibus adscri-
A. C. 1675 ptus, ad magis ardua Ecclesiæ nego-
 tia præcipue circa Avenionenses semper
 non pœnitendo selectu admovebatur:
 Selecta quoque erat hujus Viri industria,
 dum ob injuriam Crequio Duci irroga-
 tam Ludovicus XIV. graviter offensus
 fuerat, quem tamen Rasponus Alexan-
 dro Pontifici omnium applausu recon-
 ciliabat, feliciterque dissidium diu fru-
 stra Pisis agitatum propter Castrensem
 Ducatum componebat. vulgo ob astu-
 tiam suam *Vulpes* ab æmulis vocatus,
 quibus tamen cum D. Paulo respondit,
cum essem astutus, dolo vos cepi. Obiit
 Romæ die vigesima prima Novembris
 anno ætatis suæ sexagesimo. Posteris
 reliquit Historiam Basilicæ Lateranen-
 sis, & literas ad Abbatem Justinianum,
 discussa quæstione, an liceat propria
 vel majorum gesta describere?

§. XX.

*Caroli II. novi Hispaniarum Regis
 fata.*

*Theatr. Eu-
 rop. tom. II.* Hoc anno juvenis Princeps Carolus II.
 cum decimum quartum ætatis suæ
 annum ingrederetur, Hispanici Regni
 sceptrum ipse moderari cæperat, pri-
 ma autem Regiminis auspicia ferme
 ubique infausta, & raro prospera ha-
 bebat;

bebat; quamvis enim novo foedere sese
 Monasteriensi Episcopo junxisset, in Sæc. XVII.
A.C. 1675.
 Belgio tamen fortuna Gallis semper
 magis secunda arridebat, ac insuper
 Schombergius Comes cum suis in Ca-
 talauniam irrumpens, Moniusiam vi,
 & Bellegardiam ac Bellicastrum dedi-
 tione cepit, a Gerundæ tamen obsi-
 dione non sine magna Gallorum cæde
 repulsus. Insuper etiam Mauri maxi-
 mo numero arcem Auranensem in li-
 tore Africano obsederunt, verum a pau-
 cis Hispanis, qui ibidem præsidia age-
 bant, sæpius strenue excepti, cum ex
 Hispania sex naves milite & annona
 onustas adventasse intelligerent, igno-
 miniose fugam capeffere coacti sunt.
 Sub idem tempus Arabes prope Jero-
 solymam in Palæstina rebellionem con-
 citarunt, ast inito prælio a Turcis ad
 internecionem ferme deleti sunt, unde
 reliquus rebellium exercitus ad Mon-
 tem Carmelum præcipiti fuga se rece-
 pit, ubi expulsis Carmelitis Excalcea-
 tis, qui sacrum hunc Montem incolunt,
 eorum conventum in tam forte pro-
 pugnaculum convertere, ut insuper
 loci asperitate tuti Turcarum insultus
 frangerent, cæptamque rebellionem
 aliquamdiu continuarent.